

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae Doctor,
Professor & Ecclesiastes, Ad Exequias, quas Filiolae ... Annae Huswedeliae,
Moestissimi Parentes Hodie post primam in templo Mariano paratas cupiunt,
Omnes Academiae Cives peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771563027>

Druck Freier  Zugang



95.

RECTOR
Academie Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS
S. S. Theologiae Doctor, Professor
& Ecclesiastes.

Ad
Exequias,
quas



Filiola sua Svavissima,

ANNAE HUS-
WEDELIÆ,

Mœstissimi Parentes

Hodiè post primam in templo Mariano
paratas cupiunt,

Omnès Academie Cives peramanter
invitat.

RS

ROSTOCHI
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO. M. DC. XXXI.

246

20 H A M I A
A N E D E W
S C H O L E T I M I L I C O M
H A M I A d e r u n d i e r u n g d e r S c h o l e
S C H O L E T I M I L I C O M

1600 780 1
1600 780 1
1600 780 1



RECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS,
S. S. Theologix Doctor, Professor,
& Ecclesiastes.



Ehementi in luctu Dn.
M. CONRADUM Hus-
WEDELIUM virum à
pietate, eruditione &
concionandi donis
commendatissimum ,
ejusq; conjugem D O ROTHEAM BACK-
MEISTERIAM, fœminam elegantem
& pudicam, versari, nemo est qui infi-
ciabitur. Secunda siquidem vice intra
vertentem annum, ex se natam prolem
nasci, renasci, denasci, & tumulo ante
illatam, & nunc vicissim inferendam

vident. **Quo** enim major est parentum erga liberos suos amor, eo vehementior est, hinc nullo interrupto ordine repetita & inflictā plaga. Moderari tamen luctui ut omnes pios decet, ita & de mōestissimis his parentibus idem nobis promittimus, & ut id faciamus eorundem antē probata pietas suadet. **Quæ** ipsi, & juxta cum illis pij, sāpē experiuntur, cum impijs & spem non habentibus communia sunt in fortunia: quos ut calamitates conjungunt, ita in ijs superandis animus distinguit. **Quum** enim (verba sunt D. Augustini de Civitate Dei lib. i. cap. 8.) quicunq; boni & maliq; pariter afflīti sunt, non ideo ipsi distincti non sunt, quia distinctum non est, quod utriq; perpessi sunt. Manet enim dissimilitudo passorum, etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non:

non est idem virtus & vitium. Nam si-
cūt sub igne aurum rutilat, palea fu-
mat, & sub eadem tribula stipulae com-
minuuntur, frumenta purgantur: nec
ideo cum oleo amurca confunditur,
quia eodem præli pondere exprimi-
tur. Ita una eademq; vis irruens, bo-
nos probat, purificat, eliquat: malos
damnat, vastat, exterminat. Unde in
eadem afflictione, mali Deum dete-
stantur, atq; blasphemant, boni autem
precantur & laudant. Tantum inter-
est, non qualia, sed qualis quisq; patia-
tur. Nam pari motu exagitatum, &
exhalat horribiliter cœnum, & suavi-
ter fragrat unguentum. Agere id hos
mœstissimos parentes planè confidi-
mus. Dum enim viva Ecclesiæ mem-
bra hoc tempore Salvatoris ac Capitis
sui à mortuis resurrectionem, & ad vi-
tam redditum meditantur, & se & o-

A 3 mnes;

mnes qui vera in ipsum fide hinc disce-
dunt, à mortuis olim resurrecturos &
æternum victuros esse firmiter statu-
unt. Quare vere pij, & ipsi intrepidé
mortem exspectant, & suos morte
hinc sublatos, moderatè lugent, scien-
tes & se, & suos, per & propter Chri-
stum resuscitandos, & in vitam, quam
mors nulla excipiet, reponendos. Quæ
cum omnium piorum spes sit, non po-
testis non moestissimi parentes, idem
de ANNULA vestra nudius tertius
hinc sublata sperare. Statim ac na-
ta est, eam per Baptismum Christo in-
seri curastis, mors quæ actutum inse-
cuta est, anne eam ab eodem separare
posset? apage id putetis. repetijt Sal-
vator noster illam quam dedit, quam-
que sanguine suo lavit animulam, con-
junget eandem in reparatione omni-
um cum corpusculo, terræ hodié com-
men-

mendando. Vobis fateor Aviæq; pa-
ternæ ANNÆ Meineken foeminæ
honestissimæ Luneburgæ ex primarijs
parentibus natæ, & aviæ maternæ SO-
PHIÆ Kellermans foeminæ pientif-
simæ, hanc mortalem vitam adhuc vi-
ventibus, subducta est : Vobis illam
ulnis & amplexibus fovere non licet.
At conjuncta est avo paterno Dn. CUNRA-
DO HUSWEDELIO, olim Beutzebur-
gensis Ecclesiæ Doctori fidelissimo. Avo ma-
terno Dn. MATTHÆO BACKMEISTE-
RO, Philosophiaæ & Medicinæ Doctori cele-
berrimo & experientissimo, *Illustriſſimi* &
Celiſſimi Principis & Domini, Dn. AUGU-
STI, Ducis Saxoniae Angariae & VVestphaliae
Archiatrorum, & Reipubl. Lunæburgensis Phy-
sico meritissimo. Proavis de Ecclesia, Acade-
mia & Urbe hac olim optimè meritis, Admo-
dum Reverendo, Clarissimo, Excellentissimo
viro, Dn. LUCÆ BACKMEISTERO,
Theol. Doctori Professori & Superintendenti,
& Amplissimo, Consultissimoq; viro, Dn. IO-
HANNI KELLERMANNO, Consuli


gra-

gravissimo. Conjuncta inquam his est, & ad
angelorum consortium translata pœana redi-
vivo Christo cantat. Non illi hanc quietem,
& felicitatem parentes mœsti invidete.. Nos
qui Academiæ Cives sumus, si quid hinc miti-
gationis doloris ad vos redundare posset, fre-
quenti comitatu exuvias filiolæ vestræ ad dor-
mitiorum deducemus. Quod nisi omnes spon-
te sua facturos arbitrarer, eos ut post hodiernā
primam in templo Mariano, ad id præstan-
dum convenient amicè hortarer. P.P. Ro-
stochi feria secunda Paschatos Anno Christi
M. DC. XXXI.



non est idem virtus & vitium
ut sub igne aurum rutilat
mat, & sub eadem tribula se
minuntur, frumenta purgantur.
ideo cum oleo amurca coquia
quia eodem præli ponderatur.
Ita una eademq; vis i
nos probat, purificat, eliq
damnat, vastat, exterminat
eadem afflictione, mali d
stantur, atq; blasphemant,
precantur & laudant. Ta
est, non qualia, sed qualis q
tur. Nam pari motu exag
exhalat horribiliter cœnur
ter fragratunguentum. A
mœstissimos parentes plan
mus. Dum enim viva Ecclesie
bra hoc tempore Salvatoris
sui à mortuis resurrectione
tam redditum meditantur,

A 3



the scale towards document